

na opinione mox ad alteram resiliit, priori ratione non satis firma. Cum enim dixisset primo succinum ex maris spuma Oceani septentrionalis gigni, sicut Pytheas & Timæus concreti maris purgamentum esse voluerūt, mox seipsum corrigens non ex simplici maris spuma oriri (nam tunc maiori quantitate & vbiq; locorum colligeretur) sed ex cetorum spuma prodire affirmat, tum quod in ijs locis, vbi Phocæ abundant, succinū vel ambra colligatur: tum quod vbi Phocæ defunt, nec ibi reperiatur succinum.

Hæc si vera sunt, tam facilè ei fuerat dicere Phocas vel fragrantia odoris allici: vel prædæ expectatione, maiori cum voluptate, ea loca vbi succini sunt seaturigines, amare & incolere. In Sudinorum enim Oceano, vix triginta à littore stadijs, sereno coelo, scintillare quiddam instar pellucidi bituminis in fundo maris pisces narrāt, quem in locum pisces magna